



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XII. Bischof Paulus von Polen bestätigt dem Kloster Paradies den ihm bei seiner Stiftung durch Uebertragung an den Abt von Lehnin beigelegten Besitz von Gostecowo, am 1. Februar 1234.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XII. Bischof Paulus von Posen bestätigt dem Kloster Paradies den ihm bei seiner Stiftung durch Uebertragung an den Abt Heinrich von Lehnin beigelegten Besitz von Gostecowo, am 1. Februar 1234.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Paulus, dei gratia Poznaniensis episcopus, omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem perpetuam in domino. Cum episcopalis interfit officii, ad edificationem corporis Christi, id est ecclesie, sollerciter intendere et decorem domus domini ut varietate distincta refulgeat multipliciter ampliare, — Ideo notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris cristi fidelibus uniuersis, quod nove foundationis monasterio cisterciensis ordinis poznaniensis diocesis, cui nomen est paradifus sancte Marie, fundato in loco, qui dicitur Gostecowe de voluntate et auctoritate nostra, dicto inquam monasterio omnem decimam totius ville Gostecowe secundum terminos suos de consensu capituli nostri donamus et confirmamus libere ac perpetuo possidendam. Cum ejusdem ville Gostecowo decima ad parochialem ecclesiam in eadem villa constructam et a nobis olim consecratam pertinuisse dinoscatur, quam decimam prefate ville in ipsius ecclesie consecratione donauimus eidem. Iustum namque est et apostolice sanctioni consentaneum, ut hi potissimum altari prouentibus communicent, qui vigilantius altaris deservire probantur. Quinetiam tranquillitati et paci dilectorum fratrum ante dicti monasterii in futurum prospicientes, testamur presenti pagina et protestamur, quod vir nobilis Bronifius Comes obtulit sepe dictam villam proprietatis sue cum omnibus bonis et villis suis, cum omni jure proprietatis et utilitatis omnipotenti Deo et gloriose matri sue semperque virgini Marie ad opus monasterii construendi et Domino Henrico, abbati de Lenin cum fratribus suis contulit et suo privilegio confirmavit. Quod ne quisquam ausu temerario futuris temporibus retractare presumat, vel super hujusmodi donatione legitima sepe nominatum Monasterium molestare, auctoritate Dei omnipotentis apostolorum Petri et Pauli ac nostra sub anathemate prohibemus. Ut autem pretaxata nostra et capituli nostri donatio et confirmatio prememoratis fratribus rata, stabilisque permaneat, sigillorum munitione, videlicet nostro et capituli nostri fecimus hanc conscriptionem nostram insigniri. Acta sunt hec anno gratie millesimo CCXXXIV, kalendis Februarii, epacta XXVI, Indictione quinta.

Aus Raczyński's Cod. Pol. I, S. 10.

XIII. Vertrag Gernands, Bischofs von Brandenburg, zwischen dem Burggrafen zu Dornburg und dem Kloster unserer lieben Frauen in Magdeburg wegen Einkünfte in Glügow und Bregin, am 28. Mai 1236.

Gernandus, dei miseratione Brandenburgensis Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam Auditoris in ihesu saluatore salutem. Inter cetera gratiarum munera desuper nobis data non minimum diuine pietatis est donum, quod scriptis patrum veterum et humanarum